

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6741

Autre(s) référence(s) : Round 129

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Henri de Sully, Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1155-1158]

Lieu d'émission : Westminster

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par le roi, à son cousin l'abbé Henri, et à l'abbaye de Fécamp, des biens que ses prédécesseurs avaient donnés à ladite abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LVII, t. 1, p. 157-158.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 129.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 158.

Texte établi d'après a

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Henrico abbati Fiscann[ensi], cognato meo, et ecclesie Fiscann[ensi] omnes terras suas Anglie et Normannie quas comes Ricardus dux Normannorum et Willelmus rex Anglorum et omnes alii predecessores mei in elemosinam predicte ecclesie dederunt et sigilli sui impressione confirmaverunt. Quare volo et firmiter precipio quod abbas et ecclesia Fiscann[ensis] amodo predictas terras cum omnibus omnino earum appenditiis teneant bene et in pace, libere quiete et honorifice cum omnibus legibus et libertatibus et liberis consuetudinibus et quitanciis, placitis et querelis et causis omnibus, absque omni subjectione et dominatione baronum vel principum et omnium aliorum et absque omni inquiet[at]ione cujuslibet judicarie potestatis vel inminutione dignitatis, sicuti res ad fiscum dominicum pertinentes. Et quia diligenter inspexi cartas

Ricardi ducis Normannorum et Willelmi regis Anglorum et aliorum predecessorum meorum, iterum precipio quod monachi Fiscann[enses] vel eorum homines non respondeant de aliquo tenemento suo vel de aliqua alia re, nisi coram me vel coram mea capitali justicia, sed habeant omnem regiam libertatem et justiciam de omnibus rebus que in terris suis evenient vel poterunt evenire.

Testibus : Aernulfo Lexoviensi, Philippo Baiocensi, Ricardo Londoniensi episcopis, Willelmo fratre regis, Thoma cancellario, Ricardo de Humetis, Guarino Filio Giroldi, Manasses Biset, Roberto de Noveb[urgo], Roberto de Dunstanvill[a], Jocelino de Baill[olio], Nicolao de Stutevill[a].

Apud Westmonasterium.